UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Duo Tractatus

Moneta, Giampietro

Marburg, 1628

Cap. III. Quotuplex sit Decima; & continet duas Quæstiones præcipuas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63048

Visual Library

oblat. libel. 1. & quinque ſeqq. Froyl. Maluit ſimil. tract. fere per totum.

SUMMÆ RERUM.

1 *Genera decimarum quot, & quæ ſint.*
2 *Quarta Epiſcopalis, vel potius decima Papalis ſubrogata eſt loco decimæ, quam olim ſolvebant Levitæ ſacerdotibus.*
3 *Oblationes, quæ fiunt ad ſacrificium quarumdam decimarum veteris legis loco, ſubrogatæ ſunt.*
4 *Species decimarum quamplures, remiſſive.*
5 *Decimarum communis eſt diviſio, ut aliæ ſint prædiales, ſeu reales, aliæ perſonales.*
6 *Prædiales, ſeu reales decimæ quæ ſint.*
7 *Perſonales decimæ quæ ſint.*
8 *Venationum, & aucupiorum decimæ an ſint reales, perſonales, vel mixtæ, & quid de fœtibus animalium.* num. ſeq.
9 *Mixtarum decimarum ſpecies an detur.*
10 *Perſonales decimæ etiam nunc debentur. Idem, & multo magis de realibus, & mixtis.* nu. 11.

CAP. III.
Quotuplex ſit Decima.

QUÆRO PRIMO, *Quot ſint genera decimarum?*

Reſpondeo, quod, *ut habetur in c. 1. de decim.* olim
1 fuerunt in veteri lege † quatuor genera decimarum.
Primum earum, quæ ſolvebantur à populo Levitis, de quibus *Exod. 22. & 2. Eſdr. 10.* Et hæc erat decima frugum pars, quam etiam debet ſolvere populus Chriſtianus, *ut infra dicam cap. ſequenti.* Secundum erat earum, quas Levitæ ex decimis ſibi ſolutis dabant ſacerdotibus, de quibus *num.* 18. Et loco harum ſubrogata
2 eſt † quarta, quæ datur Epiſcopo à preſbyteris parochialibus,

chialibus, *ut reſolvit Tyndar. d tract. nu. 1. & Abb. d. c.*
1. de qua habetur, & traditur per Doct. in c. requiſiſti,
vel potius illa decima, quæ aliquando imponitur per
ſummum Pontificem, ſuper beneficiis, *ut docet D. Tho.*
d. q. 87. art. 4 ad 3. Rebuf. d. tract. q. 3. nu. 3. & Covar. d.
cap. 17. nu. 3. de quo genere nos hic non agimus in no-
ſtro tractatu, de eo autem habetur *in clem. fi. de decim.*
& in extrav. unic. eod. tit. in communi, & utrobique per
Doct. de eo autem ſeparatim agemus in poſtremo cap.
quod appendicis loco erit ad hunc, quem inſtituimus,
tractatum. Tertium genus erat decimarum, quas in
horreis recondebat & ſeparabat quiſque de populo, ut
comederet eas, cum iret in templum Hieruſalē, accer-
ſitis in veſtibulo templi ſacerdotibus, & Levitis ad cō-
vivium *Deut. 12. & 14.* de quo etiam *in can. hu ita, 13.*
q. 1. harum autem loco † ſubrogatæ ſunt illæ oblatio- 3
nes, quæ fiunt ad ſacrificium. Quartum genus erat ea-
rum decimarum, quæ pauperibus erogabantur, ut ha-
betur *Deuter. 16.* & hæ hodie quoque, licet improprie,
remanent; debemus enim quod ſupereſt dare in elee-
moſynam pauperibus, *Luc. 11.*

QUÆRO SECUNDO, *Quot ſint ſpecies decima-*
rum?

Reſpondeo, quod ſumēdo primum genus decima-
rum ex quatuor ſupradictis, quoniam illi proprie no-
men decimarum convenit; omiſſis etiam aliis † ſpe- 4
ciebus decimarum, quę aut in uſu non ſunt, aut ex per-
ſonis, quibus ſolvuntur, aliiſque qualitatibus ſumtæ
conſtituuntur, *de quibus late per Rebuf. d. tract. de de-*
cim. q. 3. nu. 14. & multis ſeqq. & Hoſtien. in ſum. tit. de
decim. §. quot ſint ejus ſpecies; potiſſima, & communis
decimarum diviſio illa † eſt, nimirum, in perſonales, 5
ac reales, ſeu prædiales; quam amplectitur Tynd. *d.*
tract num. 4 Rebuf. *d. q 3. num. 28.* ubi etiam dicit eſſe
communem partitionem; hæc etiam colligitur ex Hi-
ſpan. *d. reg decim. in princ.* ex S. Thom. 2. 2. *q. 87. art. 2.*
Sot. *d. lib. 9. de juſt. & jur. q. 3. art. 2.* Covar. *d. c. 17. num.*
2. & ex omnibus qui de decimali materia ſcripſerunt.

6 Prædiales, ſeu reales decimæ † ſunt, quæ de fructi-
bus perceptis ex re, vel prædio ſolvi debent, *c.1.c.ad a-
poſtolicæ, & c.pervenit, de decim. tradit Rebuf. d.q.3.nu.
32. Hoſtien. d. § quot ſint ejus ſpecies, Tynd. d.num.4. &
alii paſſim,* tales ſunt decimæ frumenti, vini. Perſona-
7 les † ſunt, quæ ex acquiſitis ex induſtria, artificio vel
contemplatione perſonæ ſolvi debent, *tex. d.c.ad apo-
ſtolicæ, & ibi gloſſ. & in c. decim. 16.q.1.* hujuſmodi ſunt
pecuniæ ex negotiatione, vel ex bello acquiſitæ; ad
8 has † etiam reducuntur venationes, piſcationes, & au-
cupia, *ut voluit Innoc. in c. non eſt in poteſtate, de decim.
cui conſentire videtur Tynd. ubi ſup. num. 5. & Rebuf.
d. tract. q 8. nu. 15.* quamquam & reales appellare poſ-
ſemus, ſeu etiam prædiales, quoniam in terra & aqua
vivunt, ac gignuntur, *l. cum quidam, ff. de fund. conſtr.
ad quod facit c. commiſſum de decim.* niſi velimus con-
9 ſtituere tertiam † quandam ſpeciem decimarum mix-
tarum, prout non ſine ratione conſtituit Hoſt. *in ſum.
tit. de decim. verſic. quot ſint ejus ſpecies.* Rebuf. *d.q.3.
num. 33.* in qua ſpecie iidemmet collocant fœtus ani-
malium, per rationes & jura, de quibus per eos; quod
& facit Navar. *conſ. 1. numer. 8. de decim. volum. 1.* & in
Man. *c. 21. n. 29.* ubi etiam admittit d. ſpeciem mixta-
rum decimarum.

10 Hæ vero decimæ perſonales † etiam nunc deben-
tur, *Innoc. in cap. fin. de paroch. gloſſ. c. fin. de pœn. diſtinct.
6. Butr. & Abb. in cap. in aliquibus, de decim. Rebuf. d.q.
3. nu. 30. & eſt tex. ſatis clarus, in c. decimæ, 16.q.1. ubi
gloſſ. & Doct. optimus etiam tex. in cap. paſtoralis, ubi
11 omnes de decim.* Quoad reales † vero & mixtas, clariſ-
ſimi juris eſt, patetque tum ex tot. tit. *de decim.* tum ex
ſup. dictis, & inf. dicendis.

SUMMÆ RERUM.

1 *Decima ſolvenda eſt de omnibus terræ fructibus, &
aliis proventibus.*
2 *Decima ſolvitur de omni frumento & grano. Idem
in pu-*

*in palea.*num.3. *Idem in fabis, & aliis leguminibus.*num.4. *Idem in nucibus, caſtaneis, & aliis fructibus arborum* num.5.

6 *Decima ſolvitur de fœno, quod in faſciculos redigitur.*& num.11.

7 *Decima ſolvitur ex lino, & canape. Idem in croco.* numero 8.

9 *Decima ſolvitur de vino. Idem de oleo & melle.* numero 10.

11 *Hortorum decima quomodo ſolvatur.*

12 *Ager, qui ſæpius in anno fructus profert, toties decimabitur.*

13 *Lignorum decima ſolvitur Parochiæ, ubi creverunt.*

14 *Paſcuorum, hoc eſt, paſturæ jumentorum decima ſolvitur, ſi locentur, ſeu vendantur; eſtq; prædialis decima.*

15 *Decima ſolvitur de lacte, lana, fœtu, & aliis fructibus animalium.*

16 *Animalium decima cui eccleſiæ ſolvatur; & quid de lacte, lana, & fœtibus.* nu.17.

18 *Decima ſolvitur de apibus, earumq; fructu cera, & melle.*

19 *Decima ſolvitur de venatione. Idem de piſcatione, & piſcariis.* num.20. *Idem in aucupio.* num.21.

22 *Decima ſolvitur de domibus, ſeu earum penſione; & quid ſi conſtruatur domus in agro.* n.23.

24 *Decima ſolvitur de omni artificio; atq; adeo de negotiatione* n.25.

26 *Milites ſolvere debent decimam de captis in juſto bello: imo etiam de ſtipendiis.* n.27.

28 *Advocati, & Doctores, qui militares dicuntur, tenentur de ſuo lucro decimam ſolvere. Idem in procuratore, ſeu cauſidico, & notario.* n.29.

30 *Decima ſolvitur de lucro adventitio, & profectitio.*

31 *Mercenarius de mercede ſua ſolvit decimam.*

32 *Decima ſolvitur de furnis; hoc eſt, de commodo illorum.*

33 *Decima ſolvitur de lapicidinis, & quomodo. Idem in auri, aliorumve metallorum fodinis.* nu. 34.

35 *Molendinorum quorumcunque decima ſolvitur, & quomodo.*

36 *Decima ſolvitur de omni lucro.*

37 *Decima non ſolvitur de legato, vel hereditate; neque de quibuſcunque immobilibus acquiſitis, ſeu potius eorum acquiſitione.* nu. 38.

39 *Illicite acquiſitorum decima prædialis ſolvenda eſt.*

40 *Decima ſequitur quemlibet poſſeſſorem ſive juſtum, ſive injuſtum.*

41 *Decima ſolvitur ex terra ſeminata furtivo ſemine.*

42 *Perſonalis decima de illicite acquiſitis ſolvitur, ubi dominium transfertur, nec competit ſolventi repetitio: ſecus ſi vel dominium non transfertur, vel, ſi transfertur, datur repetitio.* nu. 45.

43 *Meretrix, & hiſtrio ſolvunt decimam perſonalem: eccleſia tamen ab his non recipit, niſi pœnitentiam egerint.* nu. 44. & 49.

46 *Decima ſolvi non debet de captis in bello injuſto, cum ea obnoxia ſint reſtitutioni.*

47 *Vſurarum, ac rerum per uſuram acquiſitarum decima perſonalis non ſolvitur.*

48 *Dominium uſurarum, & rerum per uſuram acquiſitarum transfertur in uſurarium; quamvis detur repetitio.*

49 *Meretrix quamvis turpiter accipiat, non tenetur tamen ad reſtitutionem eorum, quæ acquiſivit ex meretricio.*

50 *Novale quid ſit, & quomodo definiatur.*

51 *Decima ſolvitur etiam ab habente privilegium novalium de agro nuper ad culturam redacto, ex quo aliquid non modicum antea percipiebatur.*

52 *Novalium decimæ ſolvendæ ſunt, ubi de eis quis non habeat privilegium.*

53 *Novalium decimæ debentur parochiæ, in cujus finibus ſurgunt. Quid ſi novalia appareant inter duas parochias, & neſcitur in cujus finibus.* nu. 54. &

54. & quid ſi limites apparent. numero 55.

56 Religioſi omnes ſunt exemti à ſolutione decimarum de novalibus, quæ propriis manibus ſeu ſumtibus excolunt. Idem eſt in Templariis, & Hoſpitalariis. num. 57. ſecus ſi ab his exemptis ea novalia tradantur aliis excolenda. num. 58.

59 Exemti à ſolutione decimarum de novalibus, tenebuntur ſolvere, ſi ad id ſe pacto adſtrinxerint, aut ſolvendo tacite renunciaverint privilegio. num. 60. Idem ſi eccleſia olim ex iis haberet emolumentum, aut inde poſtea enormiter læderetur. numero 61.

62 Privilegium exemtionis novalium quomodo perpetuum dicatur.

63 Exemti à ſolutione novalium ſolvunt decimas de novalibus conductis. Item de poſſeſſionibus acquiſitis poſt Conc. generale nu. 64.

65 Privilegium conceſſum clericis percipiendi decimas alienæ parochiæ comprehendit etiam novalia. Secus ſi conceſſum fuerit laicis, licet decimæ in feudum fuerint datæ. num. 66.

67 Privilegium non ſolvendi decimas ad novalia non extenditur: Secus ubi privilegium ſolum conceſſum fuit de non ſolvendis decimis de laboribus propriis. num. 68.

69 Privilegium non ſolvendi decimas novalium, intelligitur de iis novalibus, in quibus alter non habet tempore datæ immunitatis quaſi poſſeſſionem juris percipiendi decimas; ſeu quæ eo tempore jam proſciſſa fuerant.

70 Privilegium percipiendi decimas novalium aliquibus conceſſum pro ea parte, quã veteres poſſidebant, non extenditur ad aliam, quam illam partem: probarent autem ſe poſſediſſe aliquam partem tempore privilegii, ſi eam ante privilegium per tempus immemorabile, & nunc ſe probarent poſſidere. num. 71.

72 Privilegium percipiendi decimas novalium propte-

*te, qua veteres poſſidebant, non extenditur ul-
tra dimidiam partem: limita tamen ſecus eſſe
monachis Ciſtercienſibus, & Carthuſienſibus*
num. 73.

74 *Privilegia decimarum maxime novalium ubi in-
cipiunt nimis gravare Rectores, quomodo mode-
randa ſint per locorum Ordinarios.*

75 *Religioſi etiam exemti decimas antiquas haben-
ex donatione laicorum, aut earum partem in a-
liquibus eccleſiis, non poſſunt pro eadem portio-
vel ſimili ſine alia cauſa novales ſupervenien-
exigere.*

76 *Remittens debitas ſibi decimas, novales quoque re-
miſiſſe videtur; dummodo remiſſio fiat legitim-
& ſecundum canonicas ſanctiones, ac juſta de
cauſa.* num. 77. & 78.

79 *Præſcribens decimas in uno loco, ſi fiant ibi novali-
non habebit decimas novalium. Idem in percipi-
ente decimas ex conſuetudine.* nu. 83.

80 *Præſcriptio non eſt ſine poſſeſſione.*

81 *Præſcriptio odioſa eſt, & reſtringenda.*

82 *Beneficium benigne eſt interpretandum.*

84 *Præſcribens decimas in una parte fundi, percipit
quoq; novalia in alia parte ejuſdem fundi.*

85 *Poſſidens novalia per tempus immemoriale, illa præ-
ſcribit; imo etiamſi per 40. annos poſſideat cum
titulo colorato,* & num. ſeqq.

86 *Novales decimæ eodem tempore præſcribuntur, qu-
veteres.*

88 *Poſſeſſio an in novalibus admittatur.*

89 *Præſcribens decimas in uno territorio, habebit quoq-
novalia improprie ſumta.*

Cap. IV.

De quibuſnam rebus ſolvatur Decima.

QUÆRO PRIMO, *De quibus frugibus ac fructi-
bus ſeu proventibus debeat ſolvi decima?*

PRIM